

scuris, connivente Magistratu, absqve ullâ inspectionis curâ erectæ, haberi debent pro privatis officinis, als Winckel-Truckeren / adeoqve improbandæ & tollendæ. *Vid. dict. discurs. nostr. de abusib. Typograph. tollend. sect. 2. §. 3.*

## CAPUT TERTIUM.

DE

### Officio Magistratus circa officinas Typographicas.

#### SUMMARIA.

*Typographia, quæ studiorum nutrix, sàpè audax & lucri cupidan. 1.*

*Inspectio Typographiarum maximè necessaria. n. 2.*

*Officium Magistratus in quibus consistat? n. 3. & seqq.*

*Typographi debent esse viri probi & honesti. n. 3.*

*Ordinatio Typographica publicanda. n. 4.*

*Typographi jurare debent, quod Imperii Constitutiones de Typographis servare velint. n. 5.*

*Typographica officinae sàpius visitanda. n. 6.*

*Censores librorum constiueendi. n. 7. & 8.*

*Taxæ mercedis Typographis statuenda. n. 9.*

*Qui contra leges Imperii peccant, puniendi. n. 10.*

*Adducitur Recessus Imperii, de anno 1570. §. 156. n. 11. 12.*

*Juramenti formula. n. 13.*

#### I.

**V**Erissimum est, quod jam dudum scripsit Lipsius præfat. in Crit. (quem laudat Sinold, Schüz. de SRR. Vol. 2. D. 9.

*Thes. 5. lit. B.) Typographiam bonam sanè studiorum nutritam esse, sed audacem sàpè lucri cupidam, & quæ non minus verè corruptrix librorum audiet, quam propagatrix *Vid. Discurs. nostr. de abus. Typograph. toll. sect. 1.**

#### II. Cum